

Maturité gymnasiale 2018

Examen de l'OS latin : traduction

Durée : 3 heures

Matériel autorisé : Dictionnaire latin-français *Le Gaffiot*, *Latin Forum* (manuel du candidat), *Le Petit-Robert*

Il ne faut pas inverser le jour et la nuit !

- 1 Turpis qui alto sole semisomnus¹ jacet, cujus vigilia² medio die incipit ! Sunt qui officia³ lucis noctisque perverterint nec ante⁴ diducant⁵ oculos hesternus⁶ graves crapula⁷ quam adpetere⁸ nox coepit. Hos tu existimas scire quemadmodum⁹ vivendum sit, qui nesciunt quando? Et hi mortem timent in quam se vivi condiderunt !
- 5 At mehercules¹⁰ nullus agentis dies longus est ! Extendamus vitam ; circumscribatur¹¹ nox et aliquid ex illa in diem transferatur ! Aves quae conviviis comparantur, ut immotae facile pinguescant¹², in obscuro continentur; ita sine ulla exercitatione jacentibus tumor pigrum corpus invadit et iners sagina¹³ subcrescit. At istorum corpora qui se tenebris dicaverunt¹⁴ foeda visuntur¹⁵, quippe¹⁶ suspectior¹⁷ illis quam morbo pallentibus¹⁸ color est. Hoc tamen minimum in illis malorum dixerim: quanto¹⁹ plus tenebrarum in animo
- 10 est!
Interrogas quomodo haec animo pravitas²⁰ fiat aversandi²¹ diem et totam vitam in noctem transferendi? Omnia vitia contra naturam pugnant, omnia debitum ordinem deserunt²² : hoc est luxuriae propositum²³ gaudere perversis nec tantum discedere a recto sed quam longissime²⁴ abire.
Ideo²⁵, Lucili, tenenda nobis via est quam natura praescrispsit, nec ab illa declinandum: illam sequentibus
- 15 omnia facilia sunt ; contra illam nitentibus²⁶ non alia vita est quam contra aquam remigantibus²⁷. Vale.

Sénèque, *Lettre à Lucilius (coupures)*

-
- ¹ semisomnus, a, um : à moitié endormi
² vigilia, ae f. : le réveil
³ officia, orum n. pl. (ici) le cycle
⁴ ante...quam = antequam
⁵ diduco, ere, duxi, ductum : ouvrir
⁶ hesternus, a, um : de la veille
⁷ crapula, ae f. : l'orgie
⁸ adpeto, ere, ivi, itum : approcher
⁹ quemadmodum : comment
¹⁰ mehercules : par Hercule
¹¹ circumscribo, ere, scripsi, scriptum : réduire
¹² pinguesco, ere : engraisser, devenir gras
¹³ sagina, ae f. : l'engraissement
¹⁴ dico, are, avi, atum : vouer, consacrer (à)
¹⁵ visuntur = videntur
¹⁶ quippe (adv.) = quidem
¹⁷ suspectus, a, um : inquiétant
¹⁸ pallo, ere, ui, - : être pâle
¹⁹ quanto (abl. de quantus devant un comparatif) : comme (exclamatif)
²⁰ pravitas, atis f. : le défaut, l'erreur
²¹ aversandi ... transferendi : complètent pravitas
²² desero, ere, serui, sertum : abandonner, s'écarter de
²³ propositum, i n. : le but
²⁴ quam longissime : le plus loin possible
²⁵ ideo = itaque
²⁶ nitro, i, nisus sum : faire des efforts
²⁷ remigo, are, avi, atum : ramer